



**Nicolai Cavssini Trecensis, E Societate Iesv, De Eloqventia  
Sacra Et Hvmana Libri XVI**

**Caussin, Nicolas**

**Coloniae Agrippinae, 1634**

26. Eiusdem zelus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70090](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-70090)

larua quadam sanctitatis, & quietis publice velare nititur. Templum Arianis postulat, nuntiat Imperator, angitur, quo se vertat nescit, paternae quippe pietatis non prella ad exigui temporis recordationem, sed ad omnium saeculorum memoriam inulta recurrebant vestigia: Contra vero terrebant potentissimi hominis artes, qui si repulsa amboioso stomacho minus concoqueret, verendum erat ne summam auctoritatem, quasi arcum intentum in Imperatorem verteret, & res imperij iam concusssi, non mediocriter attereret: Acceditur Chrysostomus ille antea contempnus, & pannosus Anachoreta, prodit in medium, congregatur, pugnat, reprimit furem, strangit audaciam, arrogantisimum hominem quasi puerum virga compescit. Tum frenemente inuidia, exultante nostra religione, fauente celo, bonis omnibus plaudentibus, hereticorum petitioni securim injicit, & Duxem numeroso militum satellitio terribilem, in ea ipsa viba, in qua iam sibi pese sedem moliebatur imperii, vagum, contemptum, ciecum, basilice atque adeo sacrarum religionum immunem, irritum, extorrem facit. Tanta est, & tam efficax inermis sacerdotis pro Deo armata constancia.

Quid deinde, quomodo flagitosos primariorum hominum mores, & quomodo effusam cleri licentiam, quomodo funestissimas ex veteri illa immanitate oppresorum *Harpyias*, à quibus tenuis plebecula sanguis innocensissimus exsugebatur, fuerit infectatus, quam acer, quam velox, quam animosus illis obstiterit, quis ignorat? Sed quia palmarum obtinet constantiae, celebris illa cum Augusta concertatio, lubenter cetera praeterero. Coniux Arcadij Eudoxia mulier, & sexu ipso, & supra sexum arrogans, ingenio seu, ira effrenata, auraria inflatiabilis, Imperij præterea auctoritate quasi funestissimo telo in omnes bonus armata.

*Socras.* Primum Eunuchorum, & mulierularum L.6.c.16. sepræ famulitio, deinde furiosorum satelli- Zof.l.8.20 tum, & quod miserius est pudendorum Epis- Baron. ad scoporū seruilibus adiuta ministerijs Chrysostomum aggreditur, nec iam Callitropes ann. 404.3. vineam, & pauperum prædiola deuorat antimo, sed in ipsas aras, & æterni numinis honorem iniuriosa, statuam illam argenteam luquosissime tragœdiz, & acerbissimum dolorum fontem, non longè à tremendis Dei altaris dedicat.

Zof. l. Sc.  
sam. de-  
scribit.

Hic hominum concursus, hic plausus & clamores, hic saltatorum & histrionum spectacula, hic semimortuæ profana gentilitatis reliquæ excitantur. Quid faciat Chrysostomus? ascendet? præmium est afflentioni propositum amplissimum sanè sacerdotium: contra si reluctetur, non est tam ignarus rerum atque in solens, ut non videat impotentissimæ mulieris furias omnes esse excipiendas, & aut vitam extorrem subeundam, aut mortem fortinimo appetendam. Sed tacere non poterat, quem humana maior de celo vis animabat, obsistit, arguit, increpat, Augustam Ecclesiæ aditu prohibet, non illum diadematus fulgor perstrinxit, non satellitum ministrerunt, non inflexerunt amicorum lachrymæ, non concursantium aduersus se Episcoporum fremitus infregerunt, non mouerunt iniquissima in infontis caput coniurata rotis concilia, non exilia, non solitudines, non arma, non cruciatus, Archiepiscopum de illo altissimo constantiæ gradu deiecerunt, omnes suo corpore exceptit in se connectas volitantium quasi furiarum faces, omnia vidit, omnia pertulit, omnium telis vnum caput opposuit, ut si posset concitatim in Ecclesiam incendium, suo cruento restinguenter.

Eiusdem Zelus.

CAP V T X X V I

**E**RAT portò beatissimi viri pectori fixa quædam diuini amoris infixa, quæ noctes diesq; nouis igniū lucræcens alimentis, suas vndiq; terrarum flammis ventilabat. Amor felicet ille est, quo tanquam spirabili natura viuunt Angeli, quo sancti in ardescunt, quo quicquid est puriorum in terris mentium validissime fauciatur. Atque et cæclum pro igne solem habet reliquorum moderatorem luminum, fontem lucis, somitemque ardor sempiterni. Hic vero mundus inferior noctus est illud elementum aero-superius, cuius inter cetera potentissimus est dominatus. Sic is qui à nobis videti non potest, intelligi tamen potest, mentium quidam à concretione corporis secretarum mundus, pro Sole & igne, pro flaminis & radijs vnum. Amorem fortius est purum, velociem, æthereum, synceram quandam diuinitatis portiunculam, cuius beneficio mortales penè in ipsam Del.

Dei naturam transfunduntur.

Hoc amore deflagrabat Chrysostomus, qui commodatus videbatur, non datus his terris, vt in animos hominum eas quas ipse ē celo hauserat facies, perpetuo quedam motu spargeret. Quamobrem tamdiu hic arsit, quamdiu vixit, & quoad licuit, instar putissimi sideris creditum sibi orbem lustravit, dedit obscuris lucem, ægis medicinam, miseric solatum, fastiditis gratiam, omnibus ornatum, atque naturam.

Et certè mirum est quo pacto vir ille curis animi, corporisque labotibus confessus, hoc sedis triennio tanta gesserit, quanta vix crederet posteritas, nisi incorrupta historiarum fides restaret.

Fuerunt illi tam breui annorum curriculo, aduersus haereticos Catholicosque Episcopos, tyrannos, barbaros, ipsam demum Eudoxiam, quæ omnes immanitatem superavit, crebta & formidolosa certamina: Is tamen inter tot rerum asperitates, quæ fortissimi cuiusque animum frangere, atque industria debilitare potuerint, non modo non elanguit, sed alacrius etiam suorum laborum curius incitauit, & quæcumque ab optimo, ac vigilantissimo Episcopo erant expectandas, hæc summa fide, incredibili constantia, frumentu etiam copioso suo gregi præfuit. Quanto autem amore hunc diligenter, eiusque salutis prospectum cuperet, testantur etiam illæ voces ex homilia quadragesima quarta in Acta Apostolorum.

Iam (inquit) Dei gratia nobis tertius in hoc munere exactus est annus. Per triduum, vt sciris, sœpè etiam per septem dierum spatium hortamur, monemos, reprehēdimus, increpamus, lachrymas fundimus, quas malo tamen ne quis in deteriorem partem capiat, mea soliditudini quam pulpite credere. Iam eò sum adductus, vt propè mihi de mea salute desperandum sit, quorsum? quia dum me vobis impendo, dum res vestras deploro, dum totus vobis seruo, sit, vt nec mea lugeam, nec planè curem, si vos temperatis, pte lætitia dolores & cruciatu meos non sentio: sum minus, etiam is qui inde redundat dolor, meatum miseriarum sensum obtundit.

Et in sermone, antequam iret in exilium, ista sunt ardentiissimi affectus. Vos mihi patres, quo pacto possim omnium vestrum obliuisci? Vos mihi vita, vos mihi splendor nominis, vos gloriae patrimonium. Et ego vestri

causa paratus sum, vt millies mäster, nec vilam existimo hinc me exhibere gratiam, quando se demum debito munere perfungar.

Quantum autem rerum hoc amoris perpetuo deflagrantis ardore gesserit, eius acta declarant.

Huius suasu Arcadius Imperator, cum intellectu istet complures suorum, vel in aula militantium, vel in magistris fungentium, esse haereticos, & speciem duntaxat prætul. *de Catholicon*, eisdem magistris pulsos, pecuniasq; multatos penitus repudiauit. Huius opera Scythæ Ariani erroribus irretiti, postquam cum per interpretem verba facientem audiueret, rejectis erroribus in Ecclesia Catholica finum confluxere. Huius industria Nomades mitioribus ingenij imbuti, sanctissimas religiones à vitis Apolloniacis, quos in illam regionem Chrysostomus delegauit, suscepserunt. Huius studio Marcionitarum haeresis nondum in fomite prefocata, sed pestiferas ventilans flamas, Imperatoris edicto compresa est. Huius studio monachi in Phoeniciam, non sine diplomatiis Imperatoris ad demolienda idolorum fana, cum operis quibus mercedem Chrysostomus lectionarum *Theod. L. Ma. 5. c. 9.* tronarum sumptibus procurauit, missi sunt. Et ne quid vacaret eius charitas incredibilis, quæ nunquam soleat ferari, ipse inter sui exilio acerbissimos sanè dolores, captiuos ex Iauris barbaris redimebat, suisque restituuebat sedibus, tum engenti turbæ corrugatis quibus poterat pecunijs humanarum solatia miseriarum suppeditabat.

*Marcus*

*Diacon.*

*in actis*

*Porphyri.*

*Baro. an.*

*oo.*

*Theod. L.*

*3. c. 30.*

#### Eius ingenium, & facundia.

#### C A P V T XXVII.

**E**ius ingenium statim atq; perspectum est, placuit, & digna visa sunt opera, quæ in arte eloquentiae ponentur. Isidorus Pelusiota in epistola ad Orphelium, commendat in Chrysostomo linguæ facundiam, sententiarum pulchritudinem, argumentorum densitatem, quæ in ipso etiam adolescentio doctissimos viros ait ad stuporem vsque demiratos.

Quanti verò Chrysostomi eloquentiam fecerit Libanius, ea tempestate sophistarum omnium maximus, testatur eiusdem epistola

Gggg 2 stola

UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN